

MASS PROPER:

- CONFESSOR

MASS (*Justus ut palma*) (white)

INTROIT Psalms 91: 13-14

Justus ut palma florébit: sicut cedrus Líbani multiplicábitur: plantátus in domo Dómini: in átriis domus Dei nostri. [T.P. Allelúja, allelúja.] (Ps. 91: 2) Bonum est confitéri Dómino: et psállere Nómini tuo, Altíssime. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Justus ut palma florébit: sicut cedrus Líbani multiplicábitur: plantátus in domo Dómini: in átriis domus Dei nostri. [T.P. Allelúja, allelúja.]

The just shall flourish like the palm tree: he shall grow up like the cedar of Libanus: planted in the house of the Lord, in the courts of the house of our God. [P.T. Alleluia, alleluia.] (Ps. 91: 2) It is good to give praise to the Lord: and to sing to Thy Name, O Most High. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit. As it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The just shall flourish like the palm tree: he shall grow up like the cedar of Libanus: planted in the house of the Lord, in the courts of the house of our God. [P.T. Alleluia, alleluia.]

COLLECT

Adésto Dómine supplicatióibus nostris, quas in beáti _____, Confessóris tui solemnitate deférimus: ut qui nostræ justitiæ fidúciam non habémus, ejus qui tibi plácuít précibus adiuvémur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Hearken, O Lord, unto our supplications, which we present to Thee on the feast of blessed _____, Thy Confessor: that we, who put not our trust in our own righteousness, may be aided by the prayers of him who was well-pleasing to Thee. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

EPISTLE 1 Corinthians 4: 9-14

Fratres: Spectáculum facti sumus mundo, et ángelis, et homínibus. Nos stulti propter Christum, vos autem prudéntes in Christo: nos infírmi, vos autem fortes: vos nóbiles, nos autem ignóbiles. Usque in hanc horam et esurímus, et sitímus, et nudi sumus, et cólaphis cædimur, et instábiles sumus, et laborámus operántes mánibus nostris: maledícimur, et benedícimus: persecutiónem pátimur, et sustinémus: blasphemámur, et obsecrámus: tamquam purgaménta hu jus mundi

Brethren, We are made a spectacle to the world, and to angels, and to men. We are fools for Christ's sake, but you are wise in Christ; we are weak, but you are strong; you are honorable, but we without honor. Even unto this hour we both hunger and thirst, and are naked, and are buffeted, and have no fixed abode; and we labor, working with our own hands: we are reviled, and we bless; we are persecuted, and we suffer it. We are blasphemed, and we entreat; we are made as the refuse

facti sumus, ómnium peripséma usque adhuc. Non ut confúndam vos, hæc scribo, sed ut filios meos caríssimos móneo: in Christo Jesu Dómino nostro.

(During Eastertide the Gradual, Lesser Alleluia, and Tract are omitted and the Greater Alleluia is said instead)

GRADUAL Ps. 36: 30-31

Os justi meditábitur sapiéntiam, et lingua ejus loquétur judícium. Lex Dei ejus in corde ipsíus: et non supplantabúntur gressus ejus.

(From Septuagesima until Easter the Lesser Alleluia is omitted and the Tract is said instead)

LESSER ALLELUIA Psalms 111: 1

Allelúia, allelúia. Beátus vir, qui timet Dóminum: in mandátis ejus cupit nimis. Allelúia.

TRACT Psalms 111: 1-3

Beátus vir, qui timet Dóminum: in mandátis ejus cupit nimis. Potens in terra erit semen ejus: generátio rectórum benedicétur. Glória et divítiae in domo ejus: et justítia ejus manet in sæculum sæculi.

GREATER ALLELUIA Psalms 111: 1

Allelúia, allelúia. Beátus vir, qui timet Dóminum: in mandátis ejus cupit nimis. Allelúia. (Osee 14: 6) Justus germinábit, sicut lílium: et florébit in ætérnum ante Dóminum. Allelúia.

GOSPEL Luke 12: 32-34

In illo témpore: Dixit Jesus discíplis

of this world, the offscouring of all even until now. I write not these things to confound you; but I admonish you as my dearest children: in Christ Jesus our Lord.

The mouth of the just shall meditate wisdom, and his tongue shall speak judgment. The law of his God is in his heart: and his steps shall not be supplanted.

Alleluia, alleluia. Blessed is the man that feareth the Lord: he shall delight exceedingly in His commandments. Alleluia.

Blessed is the man that feareth the Lord: he shall delight exceedingly in His commandments. His seed shall be mighty upon earth: the generation of the righteous shall be blessed. Glory and wealth shall be in his house: and his justice remaineth for ever and ever.

Alleluia, alleluia. Blessed is the man that feareth the Lord: he shall delight exceedingly in His commandments. Alleluia. (Osee 14: 6) The just shall spring as the lily: and flourish for ever before the Lord. Alleluia.

At that time, Jesus said to His

suis: Nolíte timére pusillus grex, quia complácuit Patri vestro dare vobis regnum. Véndite quæ possidétis, et date eleemósynam. Fácite vobis sácculos, qui non veteráscunt, thesáurum non deficiéntem in cælis: quo fur non apprópiat, neque tínea corrúmpit. Ubi enim thesáurus vester est, ibi et cor vestrum erit.

OFFERTORY Psalms 20: 2-3

In virtúte tua, Dómine, lætábitur justus, et super salutáre tuum exsultábit veheménter: desidérium ánimæ ejus tribuísti ei. [T. P. Allelúja.]

SECRET

Præsta nobis, quæsumus omnípotens Deus: ut nostræ humilitátis oblátio, et pro tuórum tibi grata sit honóre Sanctórum, et nos córpore páriter et mente purificet. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Matthew 19: 28-29

Amen dico vobis: quod vos, qui reliquístis ómnia, et secúti estis me, céntuplum accipiétis et vitam ætérnam possidébitis. [T. P. Allelúja.]

POSTCOMMUNION

Quæsumus, omnípotens Deus: ut, qui cæléstia aliménta percépimus, intercedénte beáto _____, Confessóre tuo, per hæc contra ómnia advérsa muniámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

disciples: Fear not, little flock, for it hath pleased your Father to give you a kingdom. Sell what you possess and give alms. Make to yourselves bags which grow not old, a treasure in heaven which faileth not: where no thief approacheth, nor moth corrupteth. For where your treasure is, there will your heart be also.

In Thy strength, O Lord, the just man shall joy, and in Thy salvation he shall rejoice exceedingly: Thou hast given him his heart's desire. [P. T. Alleluia.]

Grant, we beseech Thee, almighty God, that the offering we humbly bring, may both be pleasing to Thee for the honor of Thy Saints, and cleanse us alike in body and soul. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Amen I say to you, that you, who have left all things and followed Me, shall receive a hundredfold, and shall possess life everlasting. [P. T. Alleluia.]

We beseech Thee, almighty God, that we, who have received heavenly nourishment, may through it, by the intercession of blessed _____, Thy Confessor, be defended against all adversity. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.